

gnit. ordo servetur a Chassan. in Catalog. glor. mund. part. 10. Consid. 26. citat.) quem labor prolixior commendaverit et allijs anteiro fecerit. (can. Miramur §. penult. et fin. dist. 61. et Chasan. loc. cit. Consid. 27.) qui Libros composuerit et in Lucem publicam eid derit. (Lucas de Penna in l. Mulieres C. de Dignitatib. et Chassan. ubi supr. Consid. 28.) qui in jure exceilentior fuerit. (gloss. in authen. de Monach. §. Ordinatione. v. Tempus. et Chassan. loc. cit. Consid. 30.) alias in paribus meritis, laboribus et allijs qualitatibus, senio et primogeniturae locum esse. Qui enim prior est tempore, potior est jure. (c. Qui prior. de Reg. Jur. in 6.)

STATUTUM XLIII.

De Tentamine Professoris intranei vel non.

Quamvis literaturae et Scientiae, cum naturaliter hominibus non insunt (Bald. in l. Ex persona. Col. 1. in fin. C. de Probationib. et gloss. in c. Si forte. vel Scientiae de Elect. in 6.) praesumi non posint, adeoque (jux. d. gloss. v. Scientiae) per Tentamen seu Examen, probari debent. Quia tamen hocce Tentamen seu privatum Examen multis in locis remitti testatur. (Besold. in suis Dissert. Cap. 8. pagell. 88. ibi. Et addit.) ac Professores Utriusque Juris ante Baccalaureatum ingrediendo Collegium, illud subire et publicam disputationem absolvere tenentur sieque se habiles demonstrant, et alios docendo magis ac magis in jure proficiunt, seque ad docendum ulterius magis idoneos redundunt, ideo statuitur praefatum Tentamen seu Examen privatum cum Professore actu legente ex rationibus allatis ommitti posse et loco ejus publicam Disputationem ex Utroque Jure expositam Vesperiae dictam sufficere ac in illa Tentamen, quod est quid minus contineri. Plus enim semper in se continet quod est minus (c. Plus semper. de Reg. Jur. in 6. et l. in eo ff. e. t.)

STATUTUM XLIV.

De Uesperijs in ordine ad Licentiaturam obtainendam.

Quoniam consuetudo et ratio quae consuetudinem svasit, tenenda est, (can. Consuetudo. dist 12.) jam vero Vesperiae seu